



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

1. De præstantia votorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

332 MEDITATIONES DE
dauerunt orationibus meis in genere & in
specie, & pro felici statu S. Romani Ecclesie
A MEN.

Gaudium cum pace, emendationem vi-
tae, spatiū veræ pœnitentiae, gratiam &
consolationem sancti Spiritus, persevera-
tiā in bonis operibus, tribuat nobis o-
mnipotens & misericors Dominus, Amen.

MEDITATIONES

De votis religiosorum.

MEDITATIO I.

De præstantia Votorum.

CONSIDERAS: Vouere religiosi non es-
se aliud quam relictio sæculo se toru-
diuino seruitio dedere, & ad perpetuā pau-
pertatem, castitatem, & obedientiam in
religione approbata obligare: his enim
tribus virtutibus remouemus omnia im-
pedimenta perueniendi ad vitæ Christia-
nis. *Quicquid namque est in mundo, vel se-
culo, aut est concupiscentia carnis, que sol-
litur castitate: quis concupiscentia oculorum,*
que

1.10.2.

DE VOTIS RELIGIOSORVM. 533
quæ paupertate? aut superbia vita quæ tol-
litur obediencia & subiectione. 2. conside-
ra horum Votorum præstantiam inde li-
quere, quod nobilissima sint. 1. quia si ut
Deo omnis nobilitatis auctori, & in diui-
næ eius maiestatis gloriam. 2. quia iis se
obligat, Voluntas nostra, quæ inter animæ
facultates tenet principatum. 3. quia vowe-
re est actus religionis inter omnes mora-
les virtutes nobilissimus. Vnde B. Augusti. Lib. de
nus dicit, Virginitatem, non quia virginis
tas est, sed quia per votum Deo dedicata
est honorari. 4. quia sicut vita corporalis
pendet ex corde, tanquam à principio, sic
vita religiosa, & esse religiosum pendet ab
horum trium votorum obligatione.

Cōsidera hāc votorū obligationē Deo 2.
esse gratissimā 1 quia illis quasi tribus cla-
uis voluntariè religiosus se affigit cruci a-
more Dei, nō per tres horas tantū, aut di-
es, sed per totam vitā. Christus latronē in
cruce secum pendentem ad breue tempus
& pauca verba pia eloquentem statim fe-
cit paradyſi hæredē, quid ergo faciet tota
vita pendentī. 2. quia illis se totum offert
Deo in holocaustum, teste B. Greg. Secu- homi
laris homo bene agens tantū fructus dat 12. in
Domino Deo: at religiosus dat arborem Ezech.

L 1 3 cum

334 MEDITATIONES DE

cum fructibus idq; in æternum, quia abrenunciat sæculo, & se torum dedicat diuino seruitio. 3. quia perfectissimo modo se donat Deo, vt nullum sibi ius & imperium retineat, paratus Deo parere & superior eius vicem tenenti quacunque in re, quando, vbi, & quantum libuerit. Et ideo sine sacrilegio, si religiosus sis, non potes amplius voluntate & iudicio tuo vti, quomodo & vbi liber, sed tantum ad arbitrium Dei, cui es consecratus.

Considera, cum religiosi inter omnes Dei seruos sint nobilissimi, vt pote ad perfectionem viræ sanctæ semper contendentes.

Matt. 6. Iuxta illud monitū Christi. Estote perfecti, sicut Pater uester cœlestis perfectus est.

¶ 16. & illud. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Prorsus conuenit, vt ipso deant in tribus illis virtutibus, ducem suū & Imperatorem Christū imitatuos. Quid enim pauperius, castius, obediētius Christo? 2. perpende, cum tam nobilis sit religiosus status, debere etiam à religioso nō vulgaria, sed hercica opera exerceri, votis congruētia. Ut ratione paupertatis ita contemnere opes, vt nec obulum propriū habere velit, & si opus sit, aut regula posulet vili habitu incedere, & necessaria o-

stia

VOT
statim
ginita
cogita
factis.
luntat
Superior
mitter
Deo or
CON
hun
stipiti
fructus
firmata
opera p
in bon
rem, ac
tiora, &
secus q
verla &
est alii
næ m
iam si
necessi
lia, no
tem

stiam emēdicare. Ratione castitatis, virginitatem seruare intactam, nec ulli turpi cogitationi locū dare, nedum verbis, aut factis. Ratione obedientiae non solam voluntatem, sed etiam iudicium in parendo superioribus quibus liber in quauis re submittere. Talis enim obedientia gratiore est Deo omnibus victimis, & holocaustis.

M E D I T A T I O II.

De utilitate Votorum.

CONSIDER A, sicut arbor, quo altius humi radices fixerit, & vitis quo rectius stipiti alligata est, hoc meliores producere fructus, sic voluntatē humanam quo plus firmata fuerit in bono, hoc præstantiora opera producere. Vota autem voluntatē in bono opere imprimis reddunt firmorem, ac proinde & opera eius sunt Deo gratioria, & amplioris præmij meritoria haud secus quam opus paruum à voluntate perversa & obstinata profectum, detestabilius est aliis malis operibus & grauioris pœna meritorium. Secundò perpende etiamsi religiosus per vota sibi imponat necessitatem seruandi castitatem, & alia, non tamen ideo tollere sibi libertatem & meritum, quia illa necessitas,

LI 4

non